Quaestiones Plautinae.

Scripsit

E. KOENIG.

Wissenschaftliche Beilage zum XII. Programm

des

Gymnasiums zu Patschkau.

1883. Progr. Nr. 183.

Druck von E. Hertwig in Patschkau.

I.

Qua ratione veteres poetae Latini et tragici et comici nomina urbium, insularum, terrarum cum praepositionibus coniunxerint.

Curculionem, quam Goetzius recensuit fabulam, cum legerem, eum praef. p. XXIV scripsisse: ‚Quaeri potest, num omnino dixerit Plautus in Cariam' atque, sicubi libri praepositionem testarentur, corrigendo eam delevisse mirabar. Atque etiam Lorenzius in censura illius editionis haec conamina valde incerta esse professus est. Quae res cum Curculionis solius locis absolvi posse non videretur, qua ratione veteres poetae et tragici et comici nomina oppidorum, insularum, terrarum cum praepositionibus coniunxissent, ut demonstrarem, ex iis, quae de locorum constructione a poetis antiquis usurpata collecta habeo, cum omnia non liceret, ea in unum congessi, quae ad quaestionem propositam pertinebant. Atque largissimam exemplorum copiam Plautinae suppeditaverunt fabulae, pauca admodum Terentius poetarumque reliquiae.

Nomina oppidorum haec sunt:

Athenae: quo? Athenas Mil. Rb. 104 advenire, 126 fugere, 933 hinc Ath. avehere, 1141 abire, 1180 ire, 1187 abire, Truc. Schoell. 90 advenire, 497 Ath. Atticas visere, Pseud. Lor. 620 advenire, 731 id., (Bacch. arg. 4 inde redire). — Andr. 907. unde? Athenis (Mil. arg. 1.1 avehere, 5 arcessere, Ribbeckius minus recte ‚ab Ath.') 106, ubi Niemeyerus ‚et patre et matre Atticis', 114 avehere, 239. 439. 489. advenire, 384 venire; Epid. 602 hinc Ath., Rud. prol. 35 venire, ubi ‚huc' ante Athenis est delendum; IV. 4. 61. surripere, 67. perire; Pers. 153 longe ab Athenis gnatam se esse; semper enim dicitur ‚longe a'. — Com. frg. i. i. f. II R. p. 113 advenire. ubi? Athenis Epid. 636 gnata, Bacch. III. 6. 34 esse, Most. 1072 dici potest, Men. prol. 8 gerere, Aul. 810 esse; Mil. 99 id.; 100 alta; 122. 127. 132. 451. Asin. 492, Epid. 26. 502 esse; Truc. prol. 10 esse[1]) Merc. V. 2. 104 hic Ath. esse, Pseud. 270. 337 esse, 416 Ath. Atticis fieri; Rud. III. 4. 33. 34. 36. 41 nasci, Stich. III. 1. 39 licet.

Miletus: quo? Miletum Ad. 655 avehere. ubi? Mileti Ad. 654 habitare.

Tarentum: quo? Tarentum Men. prol. 27 avehere, 1112 abire; ubi? Tarenti Men. prol. 29 esse, 36 emori, 39 idem; Truc. 649 mercari Guyetuo, ceteri Taretinas.

Syracusae: quo? Syracusas Men. prol. 37, ubi Ritschelius Syracusas glossema esse ratus ‚domum autem' scripsit. ubi? Syracusis: Men. prol. 8 esse, 69 habere; 409 S. in Sicilia natum, item 1096.

Carthago: quo? Carthaginem Poen. prol. 79 reverti; unde? Carthagine Poen. (arg. 1) prol. 66, IV. 2. 78 ingenuas, V, 2. 27 porire, 29 idem, 36 Hanno C.

[1]) Athenas tralocare Schoell, Athenae sunto Camerarius, all. all.

Carthaginiensis, 141 surripere. ubi? Carthagini Cas. prol. 71, Poen. V. 2. 78 nasci, 96 idem. Naupactum (quo?) Mil. (arg. II. 2 abire) 102 legari, 116 nuntiare. — Chalcidem (quo?) Merc. V. 2. 98 pervenire. Eretriam (quo?) Pers. 257 mittere, 322 idem. Capuam Rud. III. 2. 15 venire, Cyrenas Rud. prol. 41 huc C. advehere. Sutrium Cas. III. 1. 10 ire. Colchos Trg. fr. i. i. f. 182 R. p. 262 deferri; Colchis (unde?) Enn. trg. 211 R. p. 45 petere, 241 R. p. 50 ecferre. Colchi enim est etiam oppidi nomen, Delphos Pac. 121 R. p. 91 venum agere; Delphis (ubi?) Pseud. 480 respondere. Megaram (i. e. in urbem Megaridis) Com. frg. i. i. f. 2 et 3 R. p. 113 advenire; Megaribus (unde? Μεγαρεῖς etiam urbis nomen est cfr. Megares Merc. III. 4. 61) Pers. 138 commigrare. Poen. prol. 86 ‚a Magaribus — in Anactorium devehit‘ Magara est locus in urbe Carthagine = von Magara weg. Ambracia (unde) Stich. III. 2. 35 huc venire. Pergamo Pac. 167 R. p. 93 redire. Pisis Acc. 500 R. p. 201 coniugium petere.

Praepositio tum addita, tum omissa est in his oppidorum nominibus:

Ephesus: quo? Ephesum Mil. (arg. I. 1 avehere, arg. II. 4 deportare, 7 venire) Ribb. 449 advenire, 970 venire, 971 advenire. (Bacch. arg. 2 ferri.). in Ephesum Mil. 113 advehere, 384 venire, Bacch. 171 hinc in E. abire; ubi qui dicunt ‚hinc Ephesum‘ dici solere, errant; Bentleyus mire Epheson; 249 hinc in E. mittere, 354 Senex in Ephesum ibit aurum arcessere l. v., Bentleyus Epheson; sed hiatus vitatur scribendo ‚in Ephesum hinc‘; 388 in E. hinc abire, 776 navigare cfr. in Pylum Liv. Andron. — unde? Epheso Bacch. II. 2. 53 (231) afferre; ex Epheso Bacch. II. 3. 2 (236) devenire, III. 2. 5 (389) mittere, III. 6. 32 (561) mittere. — ubi? Ephesi Bacch. II. 3. 102 (336) esse; IV. 10. 124 (1047) esse, deest in B; Mil. 647 nasci. in Epheso Mil. 441 esse, 776 omnes in E. mulieres, Bacch. II. 3. 75 (309) esse; quod Lor. Mil. 113 citat in Epheso Bacch. 771, non inveni.

Calydonem Poen. prol. 72 avehere, in Calydonem Poen. prol. 94. Epidamnum Men. (arg. 6 devenire), prol. 33 avehere; nam a librorum vestigiis ‚Epidamnium‘ proxime abest, quod Brixius cum Seyfferto probavit ‚Epidamnum eum‘, Acidalius ‚in Epidamnumque avehit‘ proposuit; 51 curari l. v.; Spengelius coll. v. 49,70 voluit in Epidamnum scribere, Brixius Epidamni edidit; — 230 venire, 307 ‚nunquam vidi neque veni‘. in Epidamnum Men. prol. 49 redire, 70 venire. in Epidamno Men. 267 damnum dare; 380 bis, novisse. Spartam Pacuv. 249 R. p. 108 reportare, Naev. trg. 16 R. p. 8 referre. in Sparta Poen. III. 3. 50 latronem esse cfr. v. 52. Argos Acc. 283 R. p. 173 referre, libri ‚me Argos‘, Ribbeckius cum L. Muellero ‚med Arg.‘; idem olim ‚Nunc ergo me‘. ab Argis Acc. 682 R. p. 224 exsulare = fern von Argos im Exil leben. Argis (ubi?) Amph. prol. 98 nasci, Trg. fr. i. i. f. 104 R. p. 249 impero (dativus?). Corinthum Hec. 86 proficisci; e Corintho Haut. 96 advenam esse. Sunium Phorm. 837 ire; e Sunio Eun. 115 abripere, cfr. Cic. Attic. VII. 3. 10 = δῆμος; Sunii Eun. 519 rus habere. in Epidaurum Curc. 562 advenire; Epidauri Epid. 636 sata; in Epidauro Curc. 341 novisse, 429 hospes, Epid. 540 comprimere, 541 pudicitiam pellere, 554 levare paupertatem. in Thebas Epid. 46 hinc in Th. abire; ita Goetzius cf. v. 206 edidit; libri ‚hinc ad leg.‘ omissis verbis ‚in Thebas‘; praepositio addita valde dubia[1]) nec ea opus est, cum scribimus ‚Thebas hinc‘. Reinhardtius et Ussingius versum spurium esse indicant. Thebis (unde?) Epid. 206 remittere, 416 redire. Thebis (ubi?) Epid. 636 nata, Rud. III. 4. 41 nasci, Amph. II. 2. 45 esse, IV. 3. 12

[1]) Nam oppidorum nomina, quae pluralia tantum sunt, semper praepositionibus vacant cfr. p. 3.

vivere. apud Thebas Epid. 53,252 argentum sumere i. e. im Feldlager bei Th. cfr.. Curc. 395 apud Sicyonem. Carysto Pseud. 730 advenire, ex Carysto Pseud. 737 hic adesse. Troiad exire Naev.; ex Troia Bacch. IV. 10. 125 ecferre cfr. Naev. multi alii e Troia viri. a Troia Pacuv. 318 R. p. 117 adportare fando = aus dem Lager vor Tr. ad Troiam Trg. i. i. f. 86 R. p. 247 mittere ob defendendam Graeciam = gegen, nach Tr. hin. Sarra oriundi Enn. ap. Prob. Virg. II 506; ex Sarra Truc. 539 Fleckeisenus cum Scaligero. in Sicyonem Pseud. 1098 abducere; versum ut spurium merito Lorenzius delevit, Schenckelius autem correctum post v. 1209 lacunae explendae causa intulit, ita ut ‚in S.' servaretur. ex Sicyone Pseud. 1174 huc pervenire. Sicyone (ubi?) Cist. I. 2. 11 vivere, Sicyoni Cist. I. 3. 8 esse, 42 ante ‚ei', vivere, Pseud. 995 esse. apud Sicyonem Curc. 395 icere cfr. p. 7 apud Thebas.

Jam praepositio semper adiuncta est his nominibus:

In Anactorium Poen. prol. 87 devehere; ex Anactorio ib. 93 commigrare; in Anactorio Poen. IV. 2. 74 emere, ubi ‚duodeviginti minis' ex sequenti versu male intrusum est, in Piraeum Bacch. II. 3. 1 ire, Most. 66 velle, Trin. 1103 currere, Eun. 539 coire, ubi rectius legitur ‚in Piraeo', Caecil. 258 R. p. 76. ex Piraeo Eun. 290 abire. in Piraeo Eun. 539 coire. in Elatiam Bacch. IV. 2. 9 hinc ire. in Seleuciam Trin. 112 hinc in S. ire. ex Seleucia Trin. 845 advenire, 770 venire. in Seleucia Trin. 901 rem gerere.

Itaque semper praepositionibus carent Athenae praeter Pers. 153 longe ab Ath., Argi[1]), Carthago, Chalcis, Capua, Colchi, Cyrenae, Delphi, Miletus, Megara[2]), Naupactus, Eretria, Sutrium, Tarentum, Syracusae, Thebae, Ambracia, Pergamum. Contra praepositionum usus variatur in nominibus Ephesus: Ephesum 3, in E. 7; Epheso 1, ex Eph. 3; Ephesi 3, in Epheso 3; at praeter in Epidaurum, in Ephesum, in Elatiam, in Sicyonem Plautus semper simplicem accusativum posuit; nam in Epidamnum, in Calydonem in prologis leguntur, in Thebas Goetzii veridissimilis est coniectura, reliqui poetae accusativum praepositione vacuum semper adhibuerunt (Spartam Pac., Naev., Argos Acc.; Corinthum, Sunium Ter.). Jam apud Plautum sunt Epheso 1, Thebis 2, Carysto 1, Athenis 10, Carthagine 5, Megaribus 1, Ambracia 1, apud reliquos Colchis, Pergamo; sed ex Epheso 3, ex Carysto 1, ex Troia 1, ex Sarra 1, ex Sicyone 1[3]), apud Terentium e Corintho, e Sunio. Porro reperiuntur apud Plautum in Epheso 3, in Epidamno 3, in Epidauro 5, in Sparta 1,[4]) reliqui nunquam ita locuti sunt. Sed ut locus notaretur, ubi quid gestum esset, Plautus etiam posuit Argis 1, Athenis 22, Syracusis 4, Delphis 1, Thebis 4, Accius Pisis; locativi autem sunt Aminulae Mil. 647, Romae Truc. 966 e Schoellii coniectura, habere, Nemeae Cas. IV. 1. 1, Olympiae ibidem, ludos fieri; Stich. II. 1. 34, ubi corrigitur Olympios; Setiae Titin. 106 R. p. 149 — Ephesi 3, Epidauri 1, Tarenti 4 (?); Mileti Ter., Sunii id., Zacynthi cfr. p. 19, Lemni cfr. p. 19, Rhodi cfr. p. 19; denique Carthagini 3 (2), Sicyoni 3, Accherunti 4; Sicyone autem Cist. I. 2. 11, Acheronte Poen. I. 3. 22 leguntur; quare non dubito contendere ubique formam locativi, quae est ‚ei', restituendam esse; quae vocalium compages nunc etiam in multis aliis vocibus apud Plautum editur. In

---

[1]) ab Argis Acc. 682. R. p. 224 etiam boni scriptores eo sensu, quo Accius, dicunt. [2]) et ‚Megares'. [3]) Σικυών est etiam nomen terrae. [4]) Quare errat Draeger I p. 480: ‚in vor Städtenamen wird nach schlechten Lesarten von Ruddiman II p. 269 sqq. angeführt, ist aber zu verwerfen'.

argumentis semper praepositiones sunt omissae, in prologis eundem fere deprehendimus praepositionum usum, quem apud Plautum ipsum (Argis, Athenis, Syracusis — Carthaginei, Tarenti, in Alide, in Apulia — Carthagine — Athenas, Syracusas, Tarentum, Cyrenas, Calydonem 1, in Calydonem 1, Epidamnum 2, in Epidamnum 2, Carthaginem, in Anactorium, ex Anactorio, in Siciliam, Rhodum). Semper autem praepositionem usurpatam esse in nominibus Anactorium, Piraeus, Seleucia, inde est explanandum, quod Anactorium et promonturium et portum significat, Piraeus autem δῆμος intellegendus est cfr. Cic. Att. VII. 3. 10 sqq., Seleucia deinde in Trinummo non oppidum est, sed idem significat, quod Σελευκίς cfr. Brix. Trin. 112.

Eandem omnino constructionem, quam oppidorum nominum, reperimus in voce Accheruntis. Nam Cas. II. 8. 12 ‚Certumst Acheruntem praemittam prius' versus non sanatur addita praepositione ‚ad', sed ‚eum' post ‚certumst' illato versus hiulcus esse desinit. Jam Most. 449 ‚Accheruntem recipere' ab omnibus receptum est, Most. 509 autem lectio vulgaris ex libro B profecta ‚ăd Acheruntem' iam a Ritschelio, Lorenzio merito neglecta et praepositio ‚ad', quam nunquam cum nominibus urbium coniungi, ut nostrum ‚in den Ach.' exprimeretur, iam vidimus, quae facile ex ‚Accheruntem' formae initio oriri potuit,[1]) est deleta; Ribbeckius quidem Trg. fr. p. XX ut retineatur, suadet.[2]) Poen. prol. 71 iam a Bentleyo praepositio ‚ad' est eiecta. Et Poen. IV. 2. 9 ‚Quódvis genus ibi hominum videas quasi Acheruntem veneris' simplex accusativus agnoscitur et ab iis, qui inde primam vocis Acheruntis esse brevem syllabam evincere student, et retinetur, si vocabulo ‚hominum', quod ex antecedenti versu facile inferri potuit, deleto primam illam syllabum a Plauto productam esse statuimus.[3]) Sed Trin. 494 ‚Censetur censu ad Accheruntem mortuos' ubi, cum ‚ad Accheruntem' non verti possit ‚im Acheron' quippo quod Plautus semper, ut illa vis voci subesset, Accheruntei dixerit, Brixius interpretatus est ‚wird abgeschätzt und geschickt zum Acheron', praegnans illa verbi censendi vis ut per se displicet nec a Brixio exemplo firmata est, ita verborum ordo ipse postulat, ut vertamus ‚im Acheron', cum mortuus non, postquam census est, ad inferos mittatur, sed apud inferos mendicum et opulentissimum tantidem aestimari poeta dicere velit. Ac ne ‚ad Accheruntem' quidem ‚in den Acheron' Plautus unquam dixit.[4]) Adde quod legitima verborum collocatio est ‚censum censere'. Quae cum ita sint, legendum esse statuo: Censú censetur Áccheruntei mórtuos. Etiam hoc loco praepositio ad facile ex initio vocis Accheruntem proficisci potuit et consonans ‚m' ex sequenti ‚mortuos' ad Accheruntem adiungi. Nec opus est coniectura Ribbeckii Trg. fr. p. XX, qui cum CD censui praebeant, fieri posse putat, ut legatur: censetur censud ad Ach.; studet enim quam plurima in unum congerere exempla, quibus primam syllabam vocabuli Acheruntis brevem esse evincatur. Accheruntei autem formam introduxi, quod libri locativum quem dicunt testantur Accherunti Capt. 686, 995, Merc. III. 4. 21 (606), Truc. IV. 2. 36 (749), uno autem loco Poen. I. 3. 22 Accheronte, ita ut locativus Accheruntei fuisse videatur. Ut autem locus, unde quid profectum esset, notaretur, antiqui illi dixerunt Accherunte: Ennius trg. i. i. f. 73, R. p. 245, ubi Ribbeckius, ut brevis fieret prima syllaba nominis Acheruns ‚ab' in poetae verba infersit. Atque cum quater decies primam syllabam a Plauto productam esse inter omnes constet neque ‚ab'

---

[1]) ADACC. [2]) Brix. Trin. p. 17 metitur ăd Acherúntem. [3]) Brix l. c.: quási Acherúntem. [4]) ad Troiam Trg. i. i. f. 86 R. p. 247 = nach Tr. hin, gegen.

antiqui illi poetae cum nominibus oppidorum coniunxerint eo sensu,[1]) qui locis Plautinis inest, videtur esse verisimile etiam Amph. V. 1. 26, Poen. I. 2. 13 extrusa praepositione ‚ab', quo facto Accheruntis pronuntiatio existit, dixisse Plautum solo ablativo ‚Accherunte', cum praesertim praepositio ‚ab' facile ex repetito Acch. initio nasci potuerit: ABACC.

His expositis de poetis tragicis et comicis contendere non licet: Bei rein örtlicher Bedeutung des Accusativs setzen die älteren Autoren oft ‚in' hinzu, neque probari potest, quod Draeger I. p. 366 statuit: ‚in' bei Städten und kleinen Inseln ist in der ältern Zeit sehr gebräuchlich gewesen. Sed ita est praecipiendum: Veteres poetae, ut locum, quo quid esset missum vel unde quid venisset vel ubi quid factum esset, notarent, plerumque casus praepositionibus carentes usurpaverunt nominum oppidorum, semper si erant pluralia tantum, raro praepositiones admiscuerunt; in nominibus quibusdam[2]) praepositio saepius est addita quam omissa.

Insulae parvae, in quibus oppidum eiusdem nominis est: Lemnus:

quo? in Lemnum Cist. I. 1. 13 aufugere, Phorm. 66 iter esse, Lemnum Phorm. 567 hinc — proficisci.

unde? Lemno Truc. 90 advenire Athenas, 355 advenire (Cist. arg. 6 redire).

ubi? Lemni (Cist. arg. 7) Phorm. 680, potest esse genetivus; 942 habere, 1013 mansiones. in Lemno Phorm. 873 consuevisse, 1004 uxorem ducere.

Rhodus: quo? Rhodum Merc. II hinc Rh. mittere, 92 venire.

unde? Rhodo Asin. 499 mercator, Merc. II. 3. 56 advehere. ex Rhodo Merc. II. 1. 33 advehi.

ubi? Rhodi Eun. 107 habitare.

Zacynthus: unde? Merc. V. 2. 99 hospes Zacyntho. ubi? Zacyntho Merc. V. 2. 102 l. v., sed legendum videtur Zacynthi.

Andrus: unde? ex Andro Andr. 70 commigrare huc. ubi? in Andro Andr. 931 audire; apud Andrum insulam Andr. 222 navem frangere; ad Andrum Andr. 923 navem frangere.

Adde: ex Samo Bacch. III. 3. 68 esse, IV. 1. 2 avehere; in Imbro Hec. 171 mori.

Aliae insulae: Cyprus: quo? Cyprum Merc. V. 2. 96 venire, Adel. 224 proficisci 230 hinc portare. in Cyprum Merc. V. 2. 92 in pedes conicere, Adel. 278 properare.

Sicilia: quo? in Siciliam Rud. prol. 54 ire, II. 3. 27 hinc auferre, 6. 11 perbitere; ubi? in Sicilia Men. 409 Syracusis — in S. natus, item 1096.

Adde: Bacch. arg. 3 Cretam Bacchis navigat atque alteram, ubi legendum est: In Crétam Bacchis návigat atque ibi álteram. Pacuv. 219 R. p. 103 Aeaeam accedere, Acc. 369, 370 R. p. 184 Salaminem avehere.

Quos locos si examinaverimus, facile intellegetur Plautum dixisse in Lemnum (semel), Lemno (bis), Rhodum (bis), Rhodo (bis), ex Rhodo (semel), Zacyntho (semel), Zacynthi (semel), ex Samo (bis), Cyprum (semel), in Cyprum (semel), Terentium autem in Lemnum (1), Lemnum (1), in Lemno (2), Lemni (3? genetivus potest esse), Rhodi (1), ex Andro (1), in Andro (1), in Imbro (1), Cyprum (2), in Cyprum (1). Nec ullo negotio, ut sibi magis convenirent poetae, verba eorum cor-

[1]) Nam eorum exemplorum, quae Draeger I. p. 455 attulit, alterum a Magaribus Poen. prol. 86 oppidi nomen non est, alterum Pers. 157 legitimam constructionem longe ab monstrat. Sed a Troia Pac. 318 R. p. 117, ab Argis Acc. 622 R. p. 224 ea notione sunt, qua ne boni quidem scriptores praepositione abstinuerunt. [2]) cfr. p. 3.

rigere poteramus: velut, ut semper Rhodus ab utroque poeta eodem modo construeretur, Merc. II. 1. 38 Navem Rhodo legere poteramus; porro cum in Cyprum metri necessitate scriberetur, reliquos locos corrigere licebat Merc. V. 2. 92 Jam in Cyprum, Adel. 230 porto in C., 224 proficisci in C., h. l. etiam auxilio libri D.; quibus lectionibus probatis cum Terentium fere semper praepositionem adiunxisse videremus, poterat denique Phorm. 567 emendari profectu's causa hinc in Lemnum.' Sed quis id probaverit?

Terrarum nomina haec occurrunt:

Asia: quo? in Asiam Trin. 599 ire, Andr. 935 proficisci. Haut. III. hinc abire, 117 ad regem abire. unde? ex Asia Stich. 152 venire, II. 2. 43 id., Trin. 845 advenire. ubi? in Asia Haut. 181.

Aegyptus: quo? in Aegyptum Most. 994 hinc vehi[1]). unde? Aegypto Most. 440 advenire domum.

Arabia: quo? ad Arabiam Trin. 933 propter ‚advehi'. unde? ex Arabia Pers. IV. 3. 53 adducere, Trin. 845 advenire, Truc. 539 adferre; ita Bücheler., Brugmam., Schöll. ubi? in Arabia Pers. IV. 3. 37 capere.

Cilicia: quo? in Ciliciam Trin. 599 ire, Phorm. 66 iter esse; ubi? in Cilicia Mil. 42.

Pontus: quo? in Pontum Trin. 933 advehi[2]); unde? ex Ponto Truc. 540; nam praepositio commendatur et antecedenti ex Arabia vel ex Sarra et librorum scriptura tuas ponto (tua sponte B). ubi? in Ponto Trin. 934 esse.

Alis i. e. Elis. (Alidem terram esse, non oppidum merito dicit Brix. Capt. 571): quo? in Alidem Capt. 376 mittere, 586 restituere; Alidem Capt. 571 abire hinc. unde? ex Alide Capt. 508 Philocrates, 1002 redire, 1011 reducere, prol. 29 eques, ita Fleckeisenus cum Othone. ubi? in Alide Capt. prol. 9 vendere, 24 ibidem, emere, (I. 1. 26 capi, versum delevit Brixius), 542 servire, 545 haberi, 588 esse, 635 esse, 970 vendere, 976 vendere. Alide Capt. 327 servire illic apud vos.

Graecia: unde? ex Graecia Rud. III. 4. 32 germana esse, (Truc. 536 parva adferre, ita Palmerius), Acc. 464 R. p. 196 reperire = ex Graecis. ubi? in Graecia Cas. prol. 71 fieri.

India: unde? ex India Curc. 439 venire in Cariam; ubi? in India Mil. 25 praefingere bracchium.

Adde: e Persia Pers. 458 adferre, 491 item; ex Aethiopia Eun. 165 ancillula, 471 usque ex Aeth. esse; ex Syria Truc. 530 adducere; ex Phryggia Truc. 536 adferre; ex Africa Decim. Lab. 13, R. p. 281 advenire; ex Macedonia Trin. 845 advenire. — in Scytholatronia Mil. 43; in Cappadocia Mil. 52; in Ionia Pers. 822 facere; in Apulia Cas. prol. 72; in Attica Caecil. Stat. 253, R. p. 76 esse; in Gallia Afran. 233. R. p. 194 emere; in Umbria Mil. 647 l. v. Denique memorabilis esset locus Pacuv. 252 R. p. 108 ‚Inde Aétnam montem advénio in scruposám specum', cum Acc. 670 R. p. 223 in monte Oetaeo sit, nisi cum alia tum haec legere possemus, quae proxime accederent ad Nonii memoriam: Inde ádvenio in montem Aétnam in scruposám specum. Restat ut populorum nomina pro terris usurpata commemoremus: quo? in Persas Pers. IV. 7. 8 sequi; in Hortinos Afran. 327 R. p.

---

[1]) ‚in' deleri poterat scribendo hinc Aegyptum. [2]) ‚in' omitti poterat.

206, in Tuscos Nov. 48 R. p. 262. — unde? Sardis veniens = e Sardinia Nov. 46 R. p. 261, ubi Munckius merito e Sardis emendavit. — ubi? in Apulis Mil. 646 nasci, in Aleis Capt. 277 esse, ubi Brixius ‚in illis' edidit, in Epidamnieis Men. 258.

Quae cum ita sint, carent praepositione: Aegypto Most. 440, Ponto? Truc. 540; Alidem Capt. 571; Alide Capt. 327. Quare haud scio an non accedendum sit Brixii sententiae Capt. 571: ‚Der praepositionslose Casus bei Ländernamen ist offenbar eine Eigentümlichkeit des alten Latein; schon zu Plautus Zeiten aber kommt der Brauch auf, Praepositionen zu Ländernamen zu setzen, wenn gleich der nackte Casus vereinzelt auch nachher noch gefunden wird': nam poetae tragici et comici antiquiores fere semper praepositionem addiderunt; scriptores autem qui postea fuerunt, multo saepius illis praepositiones omisisse et poetas bonos, qui dicuntur, magna licentia in ea re versatos esse evincitur magna exemplorum copia, quae congesserunt Kühner g. l. II. p. 351 sqq., Draeger I. p. 363 sqq., 457 sqq. Ac nullum apud eos poetas, de quorum usu quaerimus, extat exemplum, quo etiam illos, id quod posteri non raro fecerunt, in nominibus terrarum graecis, quae terminantur in ‚us', ut definirent, quo quid collatum esset, usurpasse accusativum praepositione vacantem cognoscatur. Et vere dicit Lorenz. Most. 425: ‚Aber andere Casus ohne Praeposition als Ortsbezeichnung sind vor Tacitus fast unerhört: das Aegypto venio führt Quinct. I. 3. 38 eben als Soloecismus an, cfr. Draeger I. p. 457 sq. Plautus gebraucht bei Ländernamen sonst stets die Praepositionen, weshalb auch Curc. 339 (und Arg. I) das in vor Cariam nicht zu entbehren ist'. In quibus quae de Caria statuit num probanda sint, paulo infra viderimus. Itaque cum nullo exemplo Alide = in Elis explicetur facilisque sit correctura, fortasse Capt. 327 scribendum est: captus servit in Alide cfr. 542. Atque etiam Alidem Capt. 571 = nach Elis, cum apud Plautum exemplo destitutum sit, removere possemus: hodie hinc abit in Alidem, nisi accusativum praepositione carentem illis poetis inauditum non fuisse testarentur Livii Andronici verba ‚Graeciam redire'.

Ex exemplis, quae locum, unde quid profectum esset, quomodo veteres illi definiverint, demonstrant, expleri possunt, quae protulit Draeger I. p. 457: ‚Der Ablativ des Ortsnamens in unmittelbarer Verbindung mit einem Substantiv bezeichnet die Herkunft, den Ursprung, die Ortsangehörigkeit Merc. 440, Pseud. 270, Asin. 499, Poen. V. 2. 36'. In quibus male nominatus est locus qui est Pseud. 270 ‚serve Athenis pessume', cum sensus sit: qui omnium servorum, qui Athenis sunt, pessimus es, cfr. Mil. 776 omnes in Epheso mulieres, Curc. 429. Sed ad rem pertinent Poen. IV. 2. 78 ingenuas Carthagine = i. Carthaginienses, Mil. 100 meretrix Athenis Atticis, Epid. 602 Athenis civis Atticus, cfr. Poen. V. 2. 36 Hanno Carthagine Carthaginiensis, Capt. 29 eques ex Alide, 508 Philocrates ex Alide, Eun. 165 ex Aethiopia ancillula. Quae autem Turnebus ad Merc. 440 ut Terentiana exempla protulit: anus Corintho, uxor Lemno, vinum Chio, non exstant apud Terentium. Neque vero huc referendus est locus Epid. 636. ubi cum B natam as thebis, IFZ natam es thebis, lect. vulg. natam ac Thebis testentur, Bothius vult abs Thebis; Gronovius a Thebis scripsit coniunxitque cum matre, ut esset mater a Thebis = mater Thebana. Sed ita sane T. Livius, non Plautus locutus est; Goetzius cum Pylade natam Thebis edidit; mihi propter librorum auctoritatem — nam etiam in E natan es thebis ex nata as — thebis est — arridet nata es Thebis — sata.

Veniamus iam ad id, unde defluxit haec quaestio. Cariam si esse terram

arbitramur, semper a Plauto cum praepositionibus coniunctam esse statuendum est, sicut Terentius dixit Eun. 126 In Cáriam est proféctus, Haut. 608 dicam hanc ésse captam ex Cária. Et testantur praepositionem in Cariam libri Curc. 67, 275, 329, 438, Cariam commendant (arg. 1.) 206, 339, Caria (unde?) 225, in quibus si quid audacius conabimur — versum 206 dico, nam 339 facile ‚in' addi et 225 redit [1]) ex Caria legi potest — praepositionem ‚in' addere licebit. Sed cum apud Plautum Cariam oppidum significare mihi videatur cfr. 329 postquam perveni in Cariam ... postquam mihi responsumst, abeo ab illo **ad forum** ... ‚439 ibi (i. e. in Caria) nunc statuam volt dare', et id quidem non longe ab Epidauro situm cfr. 206 misi **nudius quartus** Cariam — is **hodie** hic aderit cll. 225, 438, 395, 67, fortasse igitur arcem Megaricam, Plautus et in Cariam dicere potuit, ut in Elatiam all. cfr. p. 2, p. 3, et Cariam sicut Eretriam all. cfr. p. 2. Quae cum ita sint, librorum lectio non est attrectanda [2]).

II.

1. Exaerambus Ἐξαίραμβος, Becherer, Zapfe. Asin. 436, 438.

Asin. II. 4. 30 (436) Sed vína quae heri véndidi vinário Exaerámbo. ib. 32 (438) Nam vídi huc ipsum addúcere tarpézitam Exaerámbum. Edd. vett. formam inextricabilem ‚Exareambus' tutantur; Exaerambus est l. v. eaque libris sola confirmatur: 436 libri exaerambo (m². ex, exaer ambo B, exerambo J). 438 E exerambum, B ex erambum. exeranbum m². ex ‚exerabam' F; D ex aerambum. Quae viri appellatio cum nusquam apud Graecos legatur, Casaubonus Athen. III. p. 112 E. suspicatus est fortasse Sarambo scripsisse et Plautum et graecum illum comicum, quem poeta latinus sequeretur auctorem. Notum est nomen illud quidem cauponis vinarii Plataeensis cfr. Benseler. lex. s. v., pro quo Meinekius Com. IV. p. 525 Σάραβος scribere voluit, id quod improbavit Ritschelius Opp. III. p. 310 cfr. quos ibi laudavit Dindorfium thesaur. VII. p. 71 et Lobeckium Pathol. gr. proll. p. 298, sed Plautus multa servavit nomina graeca, quae aliunde nota non sunt. Itaque cum, ut Sarambus nomen versibus Plautinis commodissimum est, ita ne Exaerambus quidem iis adversetur, non est cur Sarambus probaverit Ussingius vel Ξάραμβος, quod ad librorum memoriam magis accedit, sed ipsum quoque exemplo destitutum est. Ritschelius ipse l. c. praetulisse videtur formam Serambus Σήραμβος cfr. Benseler. lex. s. v. et Lobeck. l. c., quam in poetae verba receperunt Goetzius et Loewius et cuius originem explicare conatus est Dittenbergerus praef. Asin. ed. G. et L. p. XXVII sq. Et profecto hoc nomine in Argolidis ora septemtrionali et orientali trito nullum aliud Graecum magis librorum scripturae appropinquat: J 436, BEI 438 Exerambus. Sed qui fieri potuit, ut pro Serambo in Plauti exemplis scriberetur Exerambus et Exaerambus? Dittenbergerus l. c. prototypum Graecum protulit Ἐξήραμβος: hanc formam inde esse ortam, quod nomen Argolicum Σήραμβος ab iis, qui alias Graeciae regiones incolebant nomenque ignorantes explicaturi erant, corruptum esset in Ξήραμβος fortasse ut nomen alluderet ad ξηρός itaque notio clarior evaderet - at nomen peregrinum non est — et formae Ξήραμβος deinde ε praefixum esset. Quod ut demonstret quibus utitur exemplis,

[1]) B: redit. [2]) 438 lego: venimus nos in C; libri venimus in C; Goetz: advenimus Cariam, Ussing quom venimus C: — arg. 1 Cariam librorum lectio tenenda est: scribe: abiit it C.; F: phedromio, B spatium ante ‚it' tutatur. An hinc it C.?

ea ad rem non sunt: alterum est in verbo ex vocabulo peregrino σατράπης facto ἐξαιθραπεύοντος, altera sunt confecta aetate Romana. Et v. d. ipse quam dubia esset illa interpretatio non ignoravit: Plautum nomen sine dubio a Graeco poeta sumpsisse, a quo utrum illa in vulgi ore versans nominis forma depravata usurpata esset nec ne, dubitari posse. Sed si Graecus poeta scripsisset Σήραμβος, qui fieri potuerit, ut Plautus reciperet Exerambus, non explicavit v. d., sed explicandum esse statuit: quare fieri posse arbitratur, ut insolita nominis forma librariis culpae detur et principalis sit forma Serambus. Hoc mihi v. d. non persuasit, sed acquiesco in illa interpretatione, quam olim proposui in progr. Patschkaviensi 1876 p. 28. Placuit enim mihi forma tradita Exaerambus. Nam ‚e' littera in antepaenultima, quam tutantur libri quidam, non obstat, quin Exaerambus verum sit nomen, quippe quod ae et e saepissime in libris commutatae sint litterae. Nomen autem est compositum ex verbo ἐξαίρω et substantivo ἄμβη: Ἐξαίρ-αμβος; ἐξαίρειν est promere, ἄμβη autem idem significat, quod ἄμβιξ i. e. Becher, poculum cfr. ἄμβων. Quare Ἐξ-αίρ + αμβος est is, qui vinaria, pocula promit: quod nomen vinario indignum sane non est cfr. Κάσ-αμβος, Λυκ-άμβης, Σήρ-αμβος. Qua occasione data alterius personae Asinariae nominis veriloquium explicabo; nam ut Pylades ad I. 1. 38 (53) cfr. Keil. Mus. Rh. XX p. 563 primus perspexit veram nominis Φιλαίνιον formam, ita fallitur, cum explicat ‚quasi amasiam dicas'. Immo Φιλαίνιον est idem, quod dicacula; nomen explicatur III. 1. 8 (517) Sátis dicaculá's amatrix. — Máter, is quaestúst mihi: Língua poscit, córpus quaerit, ánimus hortat, rés monet: totaque scaena ita eius mores depinguntur, ut nominis vim interpretentur.

---

2. Curculio Γοργυλίων.

Ritschl. Opp. III. p. 337 ‚Cavendum autem, inquit, ne cum Graecis vere latina misceantur qualia numero pauca suis quibusdam fabulis Plautus, nulla adhibuit Terentius. Certa sunt Peniculus, Curculio, Saturio parasitorum in Men. Curc. Pers., Congrio, Grumio coquorum in Aul., Most., Lŭcrio servi in Mil., Lŭcridis puellae in Persa'. E quibus nominibus ipse postea removit Congrio (melius Gongrio) Γογγρίων l. c. p. 306, Grumio Γρυμίων p. 307, Lucrio vel potius Lurcio Λυρκίων p. 320, Saturio Σατυρίων p. 329. Brixius Men.[3] p. 9: ‚Peniculus, inquit, ein lateinischer Name, wie sich nur noch zwei dergleichen, ebenfalls von Parasiten bei Plautus finden (Saturio im Persa, Curculio in dem gleichnamigen Stücke)'. Sed ne Curculio quidem vel Lucris nomina sunt latina. Nam Lucris est Λοκρίς vel Λουκρίς cfr. Bensel. Et mirum sane esset parasiti nomen latinum in fabula e Graecis versa. Deinde videmus Plautum adamasse iocos, qui oriebantur ex graecorum nominum formae similitudine cum latinis vocabulis cfr. progr. de nomm. propr. Pl. et T. Patschkau 1876 p. 3 sqq. Qua in re non neglegendus est litteras pronuntiandi et scribendi usus, qui erat Plauti aetate. Ita iocatur Pseud. 736 in nomine Charini, qui tum scribebatur Carinus, ut nomen iocolariter a carendi verbo deduceret cfr. Ritschl. Opp. II. p. 728, item in nomine Saturionis Pers. I. 3. 21, quod cum vocabulo ‚satur' comparavit, item in Lucridis nomine Pers. IV. 4. 72 sqq., quod cum lucrum cohaerere videbatur, item in Ludus — ludus, in Melaenis — me lenis, Chrusalus — Crucisalus, Archidemides — demere, Κόρα (Proserpina) — Cora, oppido Volscorum, Poeni — poena (Cist. I. 3. 54), Epidamno — damno, Sceledrus — scelus all.[1]) Itaque etiam Curc. 586 sqq. graeci nominis latina species

[1]) Quid de Peniculi nomine statuendum sit, adhuc nescio.

Curculio iocandi in latinum vocabulum curculionis ansam dedit. Curculio autem respondet graeco *Γοργυλίων*, quod nomen deest ap. Bensel.; descendit a *Γοργύλος* ut *Αἰσχυλίων* ab *Αἰσχύλος* all. Stirps autem eius quodammodo cohaeret cum ea, a qua profectum est latinum vocabulum gurgulio, ita ut significatio nominis optime in parasiti mores, qui in fabula 318 sqq. describuntur, conveniat. Quod Curculio scribitur, non Gurgulio, etsi hoc Osbern. p. 168 testatur, inde explicandum est, quod priscus consonantis ‚c' usus saepius in libris apparet (Truc. 245 A: occerunt = oggerunt) isque a librariis eo magis retinebatur, quod Plautus ipse nomen cum curculio comparaverat cfr. etiam Corssen Auspr. I. p. 807, p. 77.

---

3. Dorialus *Δορίαλος* vel Doralus *Δώραλος*.

Lenonis nomen, quod nunc Dordalus scribitur in Persa, intricatissimum est. Libri testantur formas Dorralus[1]), Dordolus[2]), Dordalus[3]), Dorpalus[4]), Dorpalius[5]), Dorphalus[6]). E quibus Camerario placuit Dordalus, ut in poetae verba reciperet: cuius nominis notatio prorsus nulla in promptu est. Etenim quod Benselerus in l. Dordalum eundem esse dubitanter statuit, quem *Ὄρδαλον* ‚Weber', ita út nomen deduceretur ab inusitato verbo *ὀρδέω*, nomen illud cum indignum est lenone, tum unde littera ‚D' profecta sit, non explicatur. Itaque argute coniecit Camerarius **Πόρδαλος* Pordalus cfr. *πορδή* (*πέρδω*) *πορδαλέος* in idemque nomen incidit Schneidevinus Ritschl. Opp. III. p. 341: nomen sane est impurissimum et festive excogitatum, sed non lenonium. Quod idem valet de **Δόρπαλος* Dorpalus, quam nominis formam Ritschelius sumi posse non negavit ex argumento; nec vero eam in textum recepit. Nam *Δόρπαλος, a δόρπον* cena, parasiti est nomen, non lenonis. Olim ipse **Ἄρδαλον* fuisse lenonem somniaveram vel *Σκόρδαλον*. Sed cum codd. scripturae discrepantia doceatur vitium esse in paenultima, cum libri RA, PA, DA, DO testentur, vel potius in litteris R, P, D, adducor ut credam eam fuisse I (RI), cuius vestigium est etiam in dorpalium et dorphalum, et lenonem appellatum esse a poeta *Δορίαλος* Dŏrĭalus i. e. *αἰχμάλωτος, δοριάλωτος*, is qui bello captus est. Lenones enim plerumque erant libertini. Haec nominis forma cfr. *Δορίμαχος* all., facile in versus admittitur V, 2, 12. 13. 64, nec abhorret ab argumento acrosticho. Atque etiam minor est correctura, cum scribimus *Δώραλος* Doralus (*Δωρ-* = *Δορυ-* = *Δορ* F-). Non enim probaverim *Δόρραλος* Dorralus ex *Δορύαλος* (*ρυ* = *ρρ*). Pro Doralus facile[7]) potuit a librariis Dorralus scribi: sed ubi semel DORRALVS erat exaratum, facile propagabatur DORPA et DORDA[8]).

---

4. Titanus, non Tithonus.

Men. V. 2. 101 (854) nunc fere ab omnibus legitur: Bárbatum, tremulúm Tithonum, quí cluet Cucinó patre. Libri autem testantur Titanum eaque lectio tam mature in eos irrepsit, ut etiam Priscianus VI. 5. 25 sq. p. 688 sqq. scriberet: ‚*Τιτάν Τιτᾶνος* hic Titanus huius Titani. Plautus in Menaechmis: Barbatum, tremulum Titanum, qui lucet Cygno patre': itaque eam in suis libris invenit. Meursium autem, cum proponeret Tithonum, praeclare restituisse poetae verba et Salmasius et inde a Ritschelio novissimi editores putaverunt; Tithonus enim propter senium decrepitum famosus fuit. Tithonus sane, quem aurora adamavit, non ille quidem Cycno

---

[1]) D² Z III. 2 et 3, IV. 3 in tit. scen.; [2]) BCDª F III. 2 in t. sc.; [3]) BCDª F III. 3 in t. s. [4]) BCD arg. 5. [5]) Z arg. 5. [6]) F: arg. 5. [7]) Keil onom. p. 169; in fine Curculionis est B²: CASSINA, E: CASSIANI. [8]) Aul. 398 J: Promo pro Dromo all. all.

prognatus patre fuit; sed hic hominem non pro sano loqui, sed cum insaniam simulet, ea dicere de industria, quae insani hominis sint, contendit Salmasius hancque explicationem repetiverunt editores novissimi, ut Brixius Men.³ 854. Kiesslingius anal. Plaut. progr. Gryphisw. 1881 p. X hanc interpretationem reiecit ‚quasi vel Plautus vel spectatores Tithoni genus curaverint aut omnino noverint'. Rem ita se habere probavit mihi v. d. Sed cum ei assentiamur dicenti Plautum fabularis historiae memoriam sumpsisse ex exemplaribus graecis, prorsus incuriosum, num ii, qui spectabant, eam intellecturi essent, efficitur ut poeta graecus, quem Plautus secutus est, hanc quoque stirpis atque originis mutationem dedita opera a Menaechmo adhiberi finxerit, quo insaniae species evaderet; idque vel inde concluditur, quod etiam reliquas notas insaniae fictae ad graecum auctorem referendas esse in aperto est cfr. v. 836 sqq., 862 sqq. Sed si revera ille *Τιθωνόν* scripsit accepitque nomen, id quod vult Kiesslingius, notione appellativa, ut esset Tithonus idem quod vetulus, decrepitus senex, in quam significationem abisse nomen illud proprium declaratur Arist. Achar. 688, Luc. dial. mort. 7. 1 cfr. *Τιθωνοῦ γῆρας*, Benseler. in l., et revera Tennem, Tenedi insulae conditorem, filium Cycni, intellexit, quod ita esse Kiesslingius memoria securis ancipitis[1]) evincere studet, quaerimus, cur Tennes ille decrepitus senex appellatus sit. Nam cum illum una cum patre Cycno ab Achille interfectum esse memoriae sit traditum, vix ille potuit esse senectute consitus; neque eum ad extremam senectutem vixisse usquam legi. Et quomodo fieri potuit, ut Tennes, heros ille Tenediorum, iussu Apollinis peteretur bipenni, quod erat signum in nummis Tenediorum et insigne Apollinis Sminthei eorum? Neque quod Tennis fortuna a poetis graecis et tragoediis et comoediis est scripta vel commemorata, id quidquam ad rem facit. Itaque accedere malim eorum sententiae, qui Tithonum, filium vel fratrem Laomedontis, intellegendum esse tremulum illum senem statuerunt. Sed animum non induco, ut nomen T i t h o n i clarissimum, quod de hominibus decrepiti senii tritum fuit et etiam in proverbium abiit, tam antiquis temporibus, ut iam Priscianus ita legeret, a librariis cum nomine T i t a n i commutatum esse existimem. Neque unquam in aliis libris id factum est. Immo scribam sciolum, cum T i t a n u m legisset, memorem nominis Tithoni hanc formam infersisse credi poterat. Lectio autem T i t a n u m quomodo orta sit, docere vult Ritschl. Opp. II. p. 478 n.*: so gut wie T i t o n u m, woraus eben das T i t a n u m der Handschriften entstand. (TITAN TITON). Est sane in libris litterarum aspiratarum magna inconstantia neque in Plautinis solum, verum etiam in aliis,

[1]) Quod bipennis commemorata est, si est tanti momenti, ut inde aliquid colligere liceat, etiam Lycurgus, filius Dryantis, rex Edonorum, fuit bipennifer Ovid. met. IV 22 all. manuque tenet in artis operibus securim ancipitem, q u a B a c c h u m e i u s q u e c o m i t e s p e r s e c u t u s e r a t. Totus autem locus, quo Menaechmus simulat insaniam, ad Bacchum spectat cfr. v. 836, 842 lampadis ardentibus, 864 sqq. Itaque putare etiam possumus poetam Graecum, quem secutus est Plautus, ioco perstrinxisse tragoediam aliquam, in qua Lycurgus, quia Bacchum recipere noluerat, a deo furore affectus cum Bacchi comitibus pugnare sibi videbatur. Scripsit autem Lycurgiam Aeschylus, quem poetas comicos in usum suum vertisse constat. Personam igitur Lycurgi furibundi sustinet Menaechmus. Is bipenni i u s s u A p o l l i n i s, cuius cultum defendit a Bacchicis orgiis, minatur tremulo seni, Sileno dico. In Silenum autem optime quadrant v. 839 h i r c u s c a l v o s, 853 i m p u r i s s i m u m, b a r b a t u m, t r e m u l u m, 856 i l l o s c i p i o n e, q u e m i p s e h a b e t, 864 l e o n e m. Notus est enim *γέρων Σειληνός, φαλακρός, κερασφόρος, λάσιος,* titubans annis; scipionem i. e. thyrsum gestabat, etiam leone vehebatur. Jam Titanus vocari potuit, quod terrae et caeli filius fuisse dicebatur. Lycurgi denique furorem saepissime a poetis tractatum esse, Capt. 560, Bacch. III. 2. 3 (111) demonstratur. Quid statuam de verbis q u i c l u e t C u c i n o p a t r e, adhuc nescio.

ut in Horatianis I. 28. 8. t. u. **Thitonus**, II. 16. 30 **thithonum**, I. 3. 10 **nothi** pro **Noti**, I. 10. 15 **Tessalos**, III. 4. 43 **A Tithanas** pro **Titanas** leguntur; nullum autem exemplum novi, quo nomen aliquod nobilissimum tam antiquis temporibus tantopere sit depravatum. Adde quod non notionem propriam, sed universam in hac voce inesse, quae relativo enuntiato explicetur, merito vidit Kiesslingius. Nam ‚qui cluet Cucino patre' ut nominis proprii Tithoni interpretatio supervacaneum et ineptum est. At nomen universum tali effato optime circumscribitur. Quae cum ita sint, Plautum scripsisse censeo, quod libri et Priscianus testantur, **Titanum** eumque intellegendum esse Tithonum. Tithonus autem appellari potuit Titanus. Nam est in Schol. Hom. Il. XI. 5: *Τιθωνοῖο δὲ ὡς εἰ ἔλεγεν Τιτανοῖο.* Accedit quod Titanes etiam vocabantur ii qui a Titanibus erant prognati, et dii et heroes, ut Sol, Circe, **Phaethon**, Prometheus, Priapus, Syceus all. Et quam facilis fuerit fabularum mixtio, vel inde cognoscitur, quod Tithonus et Sol saepe commutati sunt, Tithonus etiam filius aurorae et pater **Phaethontis** celebratur, Cycnus autem quidam **Phaethonti** a materno sanguine iunctus, alius Apollinis filius fuit. Atque etiam, cum Cycnus, rex Colonarum, quem omnes h. l. intellegunt, propinquus Priami fuisse dicatur, cuius frater fuit Tithonus, facile hic cum illius filio confundi potuit. Sed utut res se habet, Plautum scripsisse **Titanum** arbitror.

---

5. Electrus *Ἤλεκτρος*, non *Ἠλέκτρων*.

Fleckeisenus Nov. ann. 1880 p. 605 genetivo Plautino **Electri** Amph. prol. 99 allato efficere voluit fuisse in graeca fabula, quam expressit Plautus, nominis speciem *Ἠλέκτρων*, non *Ἠλεκτρύων*. Atque Plautum nonnulla nomina, quae graeca erant terminatione *ων* exitu ‚us' donasse et altera declinatione flexisse etiam Buechelerus Rh. Mus. XV 436 sqq. — liber mihi in manu non fuit — Brixius Capt. 559, Mil. 901 dixerunt. Quod et ante [1]) valde dubium mihi videbatur esse et Fleckeisenus argumentis l. c. laudatis exploratum esse ne nunc quidem persuasit. Ac primum quidem illum metaplasmum proprium esse sermonis antiqui et plebei vv. dd. statuerunt. Et fit vocabulorum in hoc sermone ex altera in alteram flexionem transitus, sed nominum ab illis prorsus diversorum. Et quod graeca nomina facta latina diversam a graeca sequuntur declinationem, in sermone antiquo et plebeio neglectis stirpium formis exitus soli vocabulorum graecorum, qui latinorum vocabulorum terminationibus videbantur similes, saepe respiciebantur: exempli causa ex infinita paene harum rerum congerie commemoro esse nominativos latinos, qui respondeant graecis accusativis cfr. **placenta**, **amphora** (*ἀμφορέα*), **cratera**, **statera**, **Crisida** = *Χρυσίς*, **lampada** (*λαμπάς*) acc. **lampadam** Plaut. Cas. IV. 4. 16 (780) l. v. plur. **lampadās** Ter. Ad. 907, **lampadis** Plaut. Men. 892 cfr. Kuehner gr. l. I p. 321 *γ*. Jam nomina ‚a' vocali finita, tamquam essent stirpium in ‚a', flectebantur **Calcha Calcham Calchā**, **Rhadama Rhadamam**, **Philema** — ae, **schema** — ae — am — a, **glaucuma** — am all. cfr. Kuehn. I p. 316: et si erant neutra pluralia, secundae adhaerebant declinationi **poemata** — orum all. De **cetus**, i = *τὸ κῆτος* et similibus vocibus cfr. Kuehner I p. 319 sq. Nomina propria autem graeca, sive in *ωντ οντ* sive *ων ον* sive aliter exibant stirpes, omnia in sermone plebeio atque antiquo, etiam in Plauti fabulis, casus obliquos fecerunt, quos latina nomina in o (on): **Antipho** — onis all. cfr. Kuehn. I p. 186, **Jo** — **oni** — **one**, **Dido** — **one**. Quo factum est, ut etiam deminutiva in *ιον* in titulis flecterentur, ac si essent stirpes ‚on' finitae: *Φιλημάτιον* **Philemationis**, *Χρυσάριον* **Chrysarioni** all.

[1]) cfr. programma meum de nomin. propr. p. 35 Patschkau 1876.

et nomina quaedam in ‚is‘ acciperent Graecae non congruam declinationem ‚is — inis,‘ ut Archilis, Soteris apud Plautum, Thais apud Terentium coll. Helpis, ini (dat.), Zois, ini all.; nam in latinis quoque nominibus litteram nasalem ‚n‘ in sermone vulgari accessisse videmus ad stirpes vocali finitas: spes spenis all. Buecheler d. l. p. 69. Neque nomen graecum ullum, quod haberet terminationem, quae cum latina aliqua facile aequari poterat, alium exitum accepit. Itaque ex indole atque natura sermonis antiqui et plebei minime effici potest ullum nomen graecum suffixo *ων* finitum ascivisse syllabam finalem ‚us‘.

Videamus nunc, quibus argumentis mutationem illam vv. dd. demonstraverint. Sunt autem nomina, quae ad hanc rem afferuntur, haec: 1) simplicia Dolus, Tranius, Alcumeus, Porporeus; 2) composita Agameminus, Epitynchanus, Euthemus, architectus.[1]) Sed cum inde, quod apud Latinos teste Varrone declinatum sit Alcaeo Alcaeonis, etsi *Ἀλκαίων* apud nullum inventum est scriptorem Graecum pro usitato *Ἀλκαῖος* — neque enim Meinekii coniecturae *Ἀκταίων* adstipulor, cum quod *Ἀλκαῖος* **Ἀλκαίων* est, ut *Ἀκταῖος Ἀκταίων*, tum argumentis motus a Fleckeiseno l. c. allatis — nomina graeca in *ος* latine terminationem ‚o, onis‘[2]) accepisse nemo merito concludat et suo iure Fleckeisenus *Ἀλκαῖος* et **Ἀλκαίων* eundem esse hominem contendat, nomina graeca in *ων*, si apud Latinos formae alterius declinationis eorum reperiantur, a Latinis demum terminatione ‚us‘ induta esse vix verisimiliter statuitur. Ita *Δόλων* non respondet latino Dolus. Quae nominis forma, etsi, quod Pseud. 1244 in edd. vett. legitur et defenditur atque in lexicis etiamnunc propagatur ‚Dolum‘, nemo iam probat et recepta est lectio ‚dolum‘, tamen apud Ribbeckium Com. frg. p. 14 ‚Dolus cfr. *Δόλων* Eubuli‘ invenitur. Quae coniectura quanquam argumentis probari nequit, tamen nominis proprii forma diversa minime cogimur eam impugnare. Nec tamen *Δόλων* in Dolus transisse concesserim, sed alteram formam graecam **Δόλος* fuisse contendere ausim. Non reperitur illa quidem in litterarum monumentis, quae exstant, sed respondet praeceptis nomina propria formandi. Nomina enim blandiloquentia saepissime ‚o‘ vocali priori nominum stirpi adiuncta flectuntur altera declinatione, et sicut eorundem nominum pleniorum blandiloquentula sunt *Λύκος Λύκων, Ἔλαφος Ἐλάφων, Ἵππος Ἵππων, Μύρτος Μύρτων* all. all.,[3]) ita nominum *Δόλοψ Δολοπίων* nomen blandiloquum est et *Δόλων* et **Δόλος*, quorum hoc a Latinis receptum est, quia alludebat ad ‚dolus‘. — Jam Fleckeisenus, Brix. Mil. 901 all. accusativum Tranium Most. 560 et dativum Tranio Most. 1169 a nominativo Tranius descendere volunt; Ritschl. de turb. ord. scen. Most. p. 24, Parerg. 466 not., Brix. Men. 980, Capt. 981, Lorenz. Most. 560 nominativum ‚Tranium‘ esse censent. Horum sententiae accedo. Blandiloqua enim nomina in *ιος* apud scriptores optimos Graecorum cum perrara sunt,[4]) tum eiusmodi nomen minime in servorum personam convenit neque ullum aliud tale apud Plautum legitur: nam Paegnius, quod nomen Capt. 981 legebatur, iam correctum est in Paegnium. Atque etiam in verborum contextum forma hypocoristica optime quadrat. Itaque eadem ex stirpe *τρᾶν* — (*τρανής τράω τετραίνω*) duplici suffixo — *ιων* et *ιον* facta sunt nomina *Τρανίων Τράνιον* similiter atque iisdem personis blandiendi vel ironiae causa nomina deminutiva dantur: Olympio Olympiscus Cas., Lampadio Lampadiscus Cist., Milphio Milphidiscus Poen., Syrus Syriscus

[1]) Alumentus = Laomedon, unde hauserit Brixius Men. 143, nescio; Ritschelius Opp. II. p. 492, 495, Ribbeckius Trg. fr. Acc. 653[1] p. 220 testantur Alumento. [2]) *σκορπίος* scorpio — *σκορπίων* arcuballista — scorpius. [3]) cfr. Fick griech. Personennamen p. XVIII. sqq. et XXIV. sqq. [4]) cfr. Fick l. c. p. XXX.

Adelph., Philotis Philotium Hec. — Alcŭmĕus Capt. 560 libri B Alc meus vestigia secutus proposuit O. Ribbeckius in Ritschelii Opp. II. p. 514, Bothius praecesserat exarari iubens Almaeus idemque fecerat Fleckeisenus; lect. vulg. est Alcmaeo, Ritschelius ipse Opp. II. p. 485, 508 voluit Alcumaeo scribi. Illam formam genuinam esse formis Titani Pers. I. 1. 26, Men. 854, et Adonei Men. 148 allatis demonstrari non potest. Etenim ut nomina suffixo ‚o' finita apud Latinos frequentia erant, ita latina nomina virorum propria aut ‚an' aut ‚is' finita non extabant; quare eae formae poetae erant evitanda.[1]) Neque vero ipse quibus usus est, formas finxit, sed cum Graeci *Τιτάν* et *Τίτανος*[2]) cfr. *Τιτάνη*, *Ἄδωνις* et *ὁ Ἀδώνιος* (*Ἀδώνειος* **Ἀδώνεος*) dicerent, eam recepit formam, quam apud Graecum poetam legerat, quae proxime ad usum latinum accessit cfr. Poen. V. 4. 6 Arabus *Ἄραβος*, Pseud. 665 Harpagus *Ἅρπαγος*, Harpax *Ἅρπαξ*; cfr. *Ἔρυξ* *Ἔρυκος* *Ἐρύκη*, *φύλαξ* — *φύλακος*, abacus *ἄβαξ*, elephantus *ἐλέφας*, delphinus *δελφίς*, grypus *γρύψ*, Miccotrogus Artotrogus *Μικκο* — *Ἀρτοτρώξ* all. Neue I. p. 328. Quae formae non cum Prisciano: ‚in multis enim invenimus a genetivo graeco factum latinum nominativum', sed aliter explicandae sunt. Nam idem Priscianus: quod Graeci quoque in multis fecere, quos in hoc quoque sequimur, qui saepe et genetivo et aliis casibus pro nominativo usi sunt: *ὁ μάρτυρ τοῦ μάρτυρος ὁ μάρτυρος; ὁ ἰκτίς τοῦ ἰκτῖνος ὁ ἰκτῖνος*' cum dicit, neglegit studium illud et proclivitatem et graecae et latinae linguae ad stirpes consonis finitas vocalibus ampliandas, quippe cum permulta illa nomina graeca, quae sunt tertiae et alterius vel primae declinationis, a diversis stirpibus descendant, ita ut casu factum sit, ut nominativus et genetivus similes appareant. Et per se vix credi potest Latinos, cum a Graecis sumerent vocabulum aliquod, genetivum pro nominativo accepisse: Latini igitur partim eas formas, quae iam apud Graecos declinationi nominum vocali finitorum adhaerebant, receperunt, partim ex iis stirpibus, quas nominibus Graecis auditis mente conceperant, nominativos finxerunt suo loquendi usui respondentes: velut Accheruns, forma Plautina, stirpi Acheront — suffixo nominativi ‚s' addito formatum est cfr. frons all., lucuns all.; Agragant — um *Ἀκράγας*, Tarent — um *Τάρας*, Hydrunt — um, tapet — um *τάπης* all. Itaque haud scio an eodem modo intellegendae sint formae illae, quae a plurimis pro accusativis graecis habentur et iam a Prisciano ita explicatae sunt cfr. p. 12 sqq., Neue I p. 333. Sed iam redeamus ad nomen ‚Alcumeus'. Nomen regis in tragoediis latinis Alcumaeo vel Alcumeo (Alcimeo) fuit cfr. Ribbeck. in Ritschelii Opp. II p. 512, Trg. frg. p. 17, 143 sqq. Sed illius herois nomen illis tragoediis in vulgus notissimum factum esse Captivorum versu ipso demonstrari vix concesserim — multitudo Romana tales res tum minime curabat[3]) —. Itaque illo usu non cogimur cum Ritschelio Plauto dare Alcumaeo Opp. II 486[4]), sed aut Fleckeiseni Alcumaeus[5]) aut potius Ribbeckii ut amplectamur sententiam et probemus formam haud dubie popularem Alcumeus, libri B auctoritate adducimur. Neque tamen agnoscendus est latinus metaplasmus, sed graecus. Dicebatur enim *Ἀκταῖος*, *Ἀκταίων* *Ἀκτέων*, alia multa; ita etiam **Ἀλκμαῖος* *Ἀλκμαίων* **Ἄλκμεος* *Ἀλκμέων*. Ac ne Porporeus quidem Naevii b. p. I. 25. Vahl. graeco *Πορφυρίων* respondet, sed antiquiori *Πορφύριος* *Πορφούριος* (**Πορφούρειος*).

---

[1]) Itaque veteres dixerunt etiam Adon, nis, ni, nem ne. [2]) *Τίτανος* Etym. Mg. 760. 36 sqq. Atticae nomen dedit *Τιτηνίδα γῆν*; est igitur idem ex Titanibus, qui etiam *Τιτήνιος* vocatur. cfr. Neue I. p. 328. [3]) cfr. Kiessling program. Gryphisw. 1881 p. IX sqq. [4]) Etiam Alcumeo in librorum verba optime quadrat atque hac forma recepta versus fortasse magis placet. [5]) Ritschl. Opp. II. p. 508, coll. p. 485.

Illas autem formas inter se esse mutatas videmus, quod, qui Anthol. XV 44—47, Planud. 333—381 *Πορφύριος* saepius vocatur, eidem nomen inditum est Porphyrio -oni a Martiale 13. 78. 8. Jam Bacch. 946 AD: Agamemno, C: Agamenno, B: Agamemnon testantur. Metro non repugnaturam formam Agamemino vidit Ritschelius Opp. II p. 498, nihil aliud de hoc nomine statui posse ratus. Fleckeisenus autem Agamemino, postea Nov. ann. 1873 p. 506 proposuit Agameminus. Sed nomen vulgatissimum, quod in tragoediis latinis est Agamemno cfr. Ribb. p. 157, 237, praesertim cum nullum vestigium alterius lectionis in libris appareat, non tentaverim. Et si esset illa lectio vera, nomen graecum prototypum esset **Ἀγάμεμνος*. Nam permulta sunt nomina composita diversarum stirpium, quae iam in graeca lingua transierunt in flexionem stirpium in ‚o', velut, ut unam, quae huc maxime pertinent, vocabulorum seriem respiciamus, stirpes nasales in *ν* habent saepe exitum *ος*, qui simul cum exitu *ων* in usu erat: *Ἄντιφος Ἀντι-φῶν, Εὔδαιμος Εὐ-δαίμων, Θεόγειτος Θεο-γείτων* multaque alia nomina, quae *γειτος* et *γειτων* inter se variant, *Τήλεφος Τηλεφῶν*. Atque etiam *Ἀχέρων*, qui est apud Plautum Accheruns, in Magna Graecia vocabatur *Ἄχερος*, quae forma deest in Benseleri lexico. Nam idem fluvius Bruttiorum a Strabone VI. 256, Plinio III. 5 Acheron appellatur, quem Liv. VIII. 24. 11 ‚Jure Acheros vocaris' forma aliunde prorsus ignota ornavit. Itaque ut nemo in hoc nomine transitum exitus *ων* in ‚us' a veteribus scriptoribus latinis adamatum probaverit,[1]) ita etiam commutationem formarum, quae cognoscitur in nominibus Epitynchanus (haec forma quinquies reperitur, semel graece scriptum *Ἐπιτύγχανος* et *Ἐπιτυγχάνων* in titulis graecis cfr. Bensel.), Euthemus *Εὐθήμων* cfr. Keil. Anal. 1842 p. 226 n. 3, architectus, cui respondet *Ἀρχίτεκτος* Grut. CVI. 2 et *ἀρχίτεκτος*, haud dubie graeca forma, et architecto *ἀρχιτέκτων*, cuius vocabuli utraque forma usus est Plautus cfr. Brix. Mil. 901, Fleckeisenus l. s. c., Lorenz. Mil. 746, ad Graecos ipsos dubito an merito referamus. Quae cum ita sint, etiam genetivo Electri Amph. prol. 99 pro Electryonis dicto comprobatur Plautum apud poetam Graecum, quo usus est, non invenisse **Ἠλέκτρων*, sed **Ἤλεκτρος*. Recte Fleckeisenus *Ἠλεκτρύων* fieri posse ut latine esset Electrus negavit, sed ne **Ἠλέκτρων* quidem. Immo quin etiam **Ἠλέκτρων* respondentem habuerit formam **Ἤλεκτρος*, mihi dubium non videtur.[2]) Nam quod *Ἠλέκτρα*, filia Atlantis et Pleiones, quae forma femininum vocis *Ἤλεκτρος indicat, etiam Ἠλεκτρυώνη, quod est femininum genus vocis Ἠλεκτρύων, appellatur cfr. Bensel., apparet etiam Ἠλεκτρύωνα potuisse dici Ἤλεκτρον. Neque id ullam dubitationem movet, quod Ἤλεκτρος apud alios scriptores non reperitur cfr. *Ἄχερος*, *Ἀλκαίων* all. all.; nam formatum est nomen ex praeceptis graeca nomina propria formandi. Ἠλεκτρύων compositum est, ut *Ἀλεκ — τρύων*, *Ἀμφι — τρύων*; ex eadem stirpe *ἠλεκ* suffixo agentis notione praedito *τωρ* formatum est *Ἠλέκτωρ*[3]) cfr. Ἀλεκτρύων = Ἀλέκτωρ cfr. Bensel. s. vv.; *Ἤλεκτρος* autem descendit aut ab *Ἠλέκτωρ*, ut *ἰατρός ἰάτωρ*, *δαιτρός Δαίτωρ*, ut eadem notio subsit, aut ab *Ἠλεκ - τρύων*: Ἤλεκ - τρ - ος, ut *Αἴγι - σθ - ος* all. Ab Ἤλεκτρος autem profectum est Ἠλέκτρων, quae forma confirmatur etiam feminino Ἀλεκτρώνη = Ἠλεκτρυώνη in titul. Rhod. cfr. Hermes XIV p. 457 sqq. cfr. *Σῖμος Σίμων Σιμώνη, Δᾶμος Δάμων Δαμώνη, Δῖος Δίων Διώνη* all. Ἠλεκτρύων Ἤλεκτρος, Ἠλέκτρων promiscue usurpatas esse formas verisimile est.

[1]) cfr. p. 13. [2]) Electrus fortasse iis nominibus addendum est, quae antiquo commercio atque mercatura a Graecis maxime Magnae Graeciae et Siciliae Romani non raro ea formationis specie induta, quae in lexicis desideratur, olim acceperunt. [3]) Ἠλεκτρύων nomen est Solis, cuius filia Ἠλεκτρυώνη est, Ἠλέκτωρ, Solis cognomen Il. XVIII. 398, etiam solem fulgentem significat Il. VI. 513, sicut ἠλεκτρίς de luna dicitur.

III.

1. Most. v. 130 sqq.

Pulcherrimum illud Philolachetis canticum, quod est Most. I. 2, in quo adulescentis educatio et vita comparantur cum novarum aedium aedificatione et interitu, glossemis multis et gravissimis depravatum et inquinatum, a Ritschelio et Lorenzio genuina paene forma est felicissime ornatum. Sed si novarum aedium et hominis similitudo diligenter observata videtur esse, poetae verba esse non possunt, quae leguntur v. 130 sqq. Lor.:

Vénit ignávia: ea mihi tempestás fuit:
Mi ádventu suo grándinem imbremque áttulit.
Haéc verecúndiam mi ét virtutis modum
Déturbavít detexítque a me ílico.
Póstilla me óptigere néglegens fui:
Cóntinuo pro ímbre Amor ádvenit; et q. s.

Primum enim bis imbris memoriam iniectam esse offendit: et ignavia eum attulit et Amor pro imbre advenit; tum similitudo vv. 100—112 L. relicta est, quae ceteris in rebus accuratissime tenetur cfr. quae Lorenzius annotavit. Nam cum v. 103 ‚tempestas venit. Confringit tegulas imbricesque' respondeant plane ‚Venit ignavia: ea mihi tempestas fuit: Haec verecundiam mi et virtutis modum Deturbavit detexitque a me ilico, verbis ‚Mi adventu suo grandinem imbremque attulit' quae respondeant, priore loco non sunt. Et accurate inter se comparantur v. 105 ‚ibi Dominus indiligens reddere alias nevolt' et ‚Postilla me optigere neglegens fui'. Tum ad v. 106: Venit imber, lavit parietes: all. bene refertur v. 135, ubi Amor imbris vicibus fungitur. Atque etiam v. 154 tempestas dicitur modestiam omnem detexisse, qua tectus fuerit adulescens, Amor perpluisse in cor. Quae cum ita sint, v. 131 Mi adventu sqq. suum locum non tenere, sed a versibus 132 sq. Haec ver. — ilico. excipi versum 130, Venit — fuit' statuo. Quo concesso vel versum 134 ‚Postilla— fui' sequuntur glossemate ‚pro imbre' extruso cfr. Lor. Most. p. 240 sqq. Cóntinuo Amor advénit; Mi adventu suo grandinem imbremque attulit. vel: Cóntinuo Amor mí adventu suo grándinem imbremque áttulit.

Itaque ignavia tamquam tempestas modestiam atque verecundiam, qua tectus erat adulescens cfr. v. 155 deturbavit; qua rursus cum optigere se neglexisset, Amor grandinis imbrisque instar advenit omniaque funditus delevit. Et coniungitur ‚attulit' melius cum Amore, cum alibi semper Plautus verbo adferendi subiectum adiunxerit personam aliquam cfr. Langen N. J. 1882 p. 677. Nec opus est quae per se vix probatur correctura Buggii scribentis ‚grandinem mi imbrices attulit', ita ut verbum adferendi cum duobus accusativis construatur.

2. Truc. 897 Astaphyllidium 'Ἀσταφυλλίδιον.

Pótin ut mihi moléstus ne sis? x Équid, Astaphium, lítiumst?

Ita edidit Schoellius usus coniecturis Buecheleri ‚equid' et Spengelii Studemundique Astaphium, litiumst. Libri tutantur: B quidastapilitiū est, CD ast apilitiumst, L est Ascaphium, Z astaphiust, Camerarius autem proposuit ‚Astaphylitium est', Gronovius denique ‚Astaphilitium est'. Et Astaphylitium et Astaphilitium formae ratione carent neque in versum quadrant. Aptissima autem est hypocoristica forma illi loco, ubi Stratophanes a Phronesio repulsus ancillam eius per blanditias adit, ut eam sibi conciliet. Et accedit etiam ea quam proxime ad librorum

vestigia. Quare propono Astaphyllidium; factum est nomen ea hypermiosi, quam cognoscimus in Stephan-i-sc-id-ium, a nomine Ἀστάφιον, ut μειρακυλλίδιον a μειράκιον, Πριαμυλλίδιον[1]) a Πρίαμος cfr. Πριαμύλλιον. Quod cum in versum non conveniat neque ,ne siés.[2]) x Quid, Astaphy̆lidiumst' placeat, nec ,Quíd reist, Astaphy̆lidium', transponenda sunt vocabula: Astaphyllidiúm, quid est?

3. Truc. 796 sqq. Schoell.

haec leguntur

Call.: Lóquere tu: qui dáre te huic puerum iússit? Anc.: Era maiór mea.
Call.: Quíd nunc? quor eum ácce pisti? Anc.: Era méa me exoravít minor,
Púer ut auferrétur eaque ut célarentur ómnia.
Call.: Lóquere tu: quid eó fecisti púero? Arch.: Ad meam eram détuli.
Call.: Quíd eo puero túa era fecit? Arch.: Éra erae mea extempló dedit.
Call.: Quoí, malum, erae? Arch.: Duaé sunt istae . . . . .

In his magnopere me offendit, quod, postquam quaesitum est ex ancilla, quis puerum Archilini dari iussisset, interrogatur eadem, cur eam acceperit. Exspectamus enim, cum Callicles ancillam percontatus sit, cur dedisset, ex Archiline ab eo exquiri, cur acceperit. Et mirum est ancillam respondere ab era maiore se dare iussam esse, accepisse autem ab ea maiore puerum, quod era minor oravisset. Jam ancillae era maior alibi non commemoratur — nam v. 808 ,avias duas' non confirmatur Calliclis uxorem in vivis esse — Archilini autem era et maior et minor fuit, Phronesium eiusque mater. Porro libri ipsi v. 797 ,Quid tu?' testantur, quo aperte significatur senem se convertisse ad Archilinem. Itaque contextus et continuatio verborum et rerum haec videtur esse: Senex quaerit ex ancilla, cur puerum dederit; respondet illa eram petivisse, ut puer auferretur et omnia celarentur. Tum Callicles Archilinem percontatur, cur puerum acceperit; ab era maiore se iussam esse ait. Deinde Callicles exquirere pergit quid puero fecerit; illa se eum ad eram detulisse respondet. Instat senex, quid era puero fecerit; Archilis autem eram eum erae dedisse dicit. Quo responso exacerbatus senex indignabundus quaerit: Quoí, malum, erae. Quae si ordine se excipiunt, versuum exitus permutati videntur et poeta scripsit haec fere:

C. Lóquere tu: qui dáre te huic puerum iússit? Anc. Era oravít me a[3]),
Púer ut auferrétur eaque ut célarentur ómnia.
C. Quíd tu?[4]) quor eum áccepisti? Arch.: Jússit era maiór mea.
C. Quíd tunc?[5]) quid tu eó fecisti púero? Arch. Ad meam eram détuli.
C. Quíd eo puero túa era fecit? Arch.: Érà erae mea extempló dedit.[6])

4. Aul. 701. Goetz.

Picí divitiis qui aúreos montés colunt
Ego sólus supero. nám istos reges céteros
Memoráre nolo, régum mendicábula.

Strobilus aula auri plena Euclioni erepta se divitiis superare dicit reges, prae quibus omnes ceteros ut regum mendicabula contemnit nec commemorare vult. Atque etiam se illum regem Philippum esse autumat. Qui sunt illi reges divitiis famosi? Accepimus

[1]) hanc formam probo, non Πριαμιλλύδριον. [2]) B nesies, CDLZ ne sies. [3]) B: Erã ero vit, CD eram ero vit, LZ Hera me rogavit, Bothius rogitavit; mea rogavit me Gronovius. [4]) ita libri. [5]) Loquere tu: quod praestant libri, repetitum est ex v. 796. [6]) Cogitavi etiam de: Éa minori extempló dedit, ut v. 802 satisfieret: Mater, inquam, filiae dono dedit.

Persarum reges omnium ditissimos et opulentissimos fuisse. Itaque cum Stich. I. 1. 24 haec legantur:

Neque ille sibi mereat Persarum
Montes, qui esse aurei perhibentur,

facile credas ‚Persae' pro ‚Pici' esse scribendum. Sed Nonius p. 152. 8 haec tradit: Picos veteres esse voluerunt, quos Graeci γρῦπας appellant. Plautus Aulularia: ‚Pici — supero'. Quare cum Pici vel Picis, quod alii probaverunt, omni dubitatione vacet, quod verbum in versu etiam aliis de causis suspicionem moveat, inquirendum est. Id esse divitiis facile apparet: libri: B: DIVICIIS, divitis libri Nonii, Fleckeisenus, ‚Ripaeos' ut scriberetur, suasit. Et sane ablativi divitiis collocatio valde offendit videturque explicandi causa adscriptum fuisse illud vocabulum et a librario deinde in poetae verba illatum, sicut etiam Vites J, Dites Z pro ‚Pici' interpretamenta librariorum esse non neges. Quae cum ita sint, legendum esse censeo Picí Persarum qui aúreos montés colunt. Ita Persarum reges aperte indicantur. De Persarum montibus aureis nihil aliunde mihi innotuit, ut etiam Stich. l. c. pro ‚Persarum' scripturus essem ‚picorum'. Sed montes, qui perhibebantur aurei esse, quorum thesauros grypes ab Arimaspis defendere dicebantur, Bactriani, non Ripaei vel Hyperborei fuisse videntur; et grypes fuerunt in Bactria cfr. Herod. IV. 13 et 27. Quae terra cum fuerit imperii Persarum pars, eius montes Persarum dici possunt. Adde quod Persae coniuncti sunt cum grypis illis etiam in Hipparchi versu Athen. XI. p. 477 F: *Πέρσας ἔχον* (scil. *δαπίδιον*) *καὶ γρῦπας ἐξώλεις τινὰς Τῶν Περσικῶν.*